PETRUS DE ARBONA. ENGELBERTUS ADMONTENSIS
um 1376/1380 Seite 1r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26950
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Incipit prologus In annotacionem omnium librorum Admontensis Cenobij

bedientia Bibliothecarij in cenobijs quem nos armarium uocamus. bibliotheca est. Age ergo ut tu qui in cenobijs armarius constitueris. rem tibi commissam plenius scire possis. primum uide de nomine rei tibi commisse. Bibliotheca tibi commissa est. Bibliotheca compositum est ex biblo et theca. Biblus nomen iunci est in quo antiqui scribere solebant. Unde pro scriptura metonomice accipitur. scilicet per efficiens id quod efficitur. Proinde et a quibusdam diuine scripture biblene gaze appellari solent. Gaze dicuntur. quod in hijs omnes thezauri sapiencie et scientie dei continentur. Theca uero grecum est. et interpretatur reposicio vel custodia librorum. Bibliotheca ergo librorum reposicio. vel librorum custodia interpretatur. Ipsum ergo nomen officij tui docet te quid sit officij tui. idest libros custodire. et admonet te nudipsum. si uero negligens fueris. negligencie te nichilominus coarguit. Prima autem diligencia armarij studiosi esse debet. ut suo tempore bibliothecam sibi commissam in quantum potest augere operam det. Huius

589